

IOANNIS  
LORINI  
AVENIONENSIS  
SOCIETATIS  
IESV,

COMMENTARII IN  
ECCLESIASTEN.

ACCESSIONE EXPOSI-  
TIO EIVSDEM IN PSAL-  
MVM LXVII.

IN GERMANIA  
NVNC PRIMVM IN LVCEM  
TYPIS MANDATI.  
PERMISSV SVPERIORVM.

CVM DVPLICI INDICE, LOCORVM S. SCRIP-  
pturæ vno; & Rerum Sententiarumque simul altero; nec non &  
verborum, etiam Græcorum & Hebraicorum, quæ La-  
tinis nominibus adiuncta sunt.

MOGVNTIAE,  
Apud Balthasarum Lippium, Sumptibus  
Ioannis Crithij.

ANNO DOMINI M. DCVIL.





# IOANNES LORINVS ECCLESIASTI.

**E**cclesiasti reddo Ecclesiasten.  
Tuum est, quod noster præscribit Ec-  
clesiastes, vanitatem auditores dedoce-  
re in cogitatis, dictis, factis, beatitudi-  
ne; ne meditentur inania<sup>a</sup>, ventum pa-  
scant<sup>b</sup>, querant mendacium<sup>c</sup>, ipsam in  
vano accipiant animam<sup>d</sup>: sed cogitent quæ Domini  
sunt<sup>e</sup>, amplectantur cum qui secundùm doctrinam sa-  
nam est fidem sermonem<sup>f</sup>, sectatores bonorum sint  
operum<sup>g</sup>, apprehendant vitam æternam<sup>h</sup>. Hoc magi-  
ster doctorque Gentium & fecit ipse, & loqui ac exhor-  
tari doctores pastoresque præcepit<sup>i</sup>. Hunc Albinus<sup>j</sup>  
Magni Præceptor Caroli ad Ecclesiastica vocatis munia  
Oniae, Candido, Nathanaeli pro magistro à se declara-  
tum obtulit librum. Hæc vanitatis Franciscus contem-  
ptus egregius prædicatores suos annuntiare voluit, vi-  
ta, virtutes, pœnam, gloriam<sup>k</sup>. Id ipsum totidem excgit<sup>l</sup> In regn. c.  
verbis ab omnibus Ecclesiastis Synodus œcumenica<sup>m</sup>.  
Tridentina<sup>n</sup>, Sapienti occasionem, cui pauca sufficiunt,  
dedisse breui Commentario libri à non multis adeo tri-  
ti, tractatique, satis mihi fuerit. Longior non sum, ne  
yanus. Valc.

REVE.



IOANNIS LORINI  
E SOCIETATE IESV,  
COMMENTARII IN  
ECCLESIASTEN.

PRÆFATIO.

CAPVT PRIMVM.

*An sit liber Canonicus.*



ON tam probandum hoc nobis, quoniam constat ab Ecclesia relatum in Catalogum sacrorum librorum, maximè à Tridentino Concilio<sup>2</sup>, secuto priorum Conciliorum exemplum, & tot Patrum sententiam, ex quibus Augustinus<sup>3</sup> monet à Iudeis quoque haberi in sacrarum canone litterarum, & Hieronymus<sup>4</sup> de eo nullam esse ambiguitatem, quam admonendum, ut caueatur eorum qui negant hæresis, & occurratur argumentis, que retardare possent assensum. Meminit dictæ hæresis Philastrius<sup>5</sup>. Cumqe libri auctor voluptuariā vitam laudare videatur in cibo ac potu: respōdet sapientissimū virū Dei testimonio supra omnes mortales, non pecuariam Epicuriorum sequi doctrinam, vitamve: solum tradere, diuitem in hoc seculo bene operatum, nec abusum quam dedit Deus esca, futuræ quoque vitæ conséqui confortium, & cœlestem escam gustare posse. Ceterum Salomonem ipso libri exordio p̄fari, cuncta quæ sunt sub cœlo, esse ipsissimam vanitatem, ita vt si quæ transeunt, pereuntque, bona dicuntur, & appetenda, multo magis æterna illa, atque Sanctorum, ac Beatorum propria. Gregorius<sup>6</sup> verò tum illud, tum alia permulta demonstrat ex aliorum vulgari sententia proponi, sed ab Ecclesiaste, siue concionatore nostro, pronuntiante mox orthodoxam sententiam, refutari. Consentit Hieronymus<sup>7</sup>, vel Philippus presbyter Commentario in Iob<sup>8</sup>, aliisque: Id ipsum nos suis exponemus locis. Quod autem hic obiectum est, aliter verus Hieronymus cum aliis declarat: nempe perstringi avaritiam, sordesque rebus quibus affatim abundant, frui v-

a seff. 4.

b 20. de Cr.

c 3. sit. Dei. c 3.

c 1 cont. Pa-

Layian.

d 1 cont. ha-

ref. c. 83. 604.

132.

e 4. Dial.

f 4. Dial. c. 4.

g in Cap. 7.

ciusdem



# IN PSALMVM LXVII.

S V M M A R I V M.

No n patiuntur angustiæ temporis quod ad docendum supereft,  
nec laſtitutiratio, cùm ſupplementi loco hunc exponamus  
Pſalmum, vt quæ ad vniuersum Pſalmorum ſpectant opus,  
nunc dicamus. Ponimus abſq; dubio contra Nicolaitas, Gno-  
ſticosq;, & Paulum Samoſatenum \*, eſſe canonicum hunc, &  
ſacrum librum, quem ſolent Hebrei velut in quinque partiri.  
Non etiam diſputamus de nomine Pſalmorum, numero, diui-  
ſione, ordine, metro, auctore, materia, titulis eorum, multiplicitate  
editione, diſcultate, dignitate, ſive utilitate. Illa perſequem-  
ur, quæ neceſſaria, propriae ſunt huic Pſalmo.

IN FINE M.

Vers. I.] *Pſalmus Cantici David.*



Ic titulus eſt : **לְמִינְגָּה לְרוֹר מִשְׁמֹר שֵׂיחַ** *laminatſeach leda-  
uid miſchmor ſeħir* ( *Εἰ τὸ τίλας ὁ ἀπό τοῦ θεοῦ τῷ Δανιὴλ.* ) Chaldaicē :  
**וְשִׁירֶחָא לְשִׁבְחָא עַל יְהֻדָּה שִׁבְחָא** *leschabbacha bhal iad*  
*David ſchebacha veschiretha* ( Ad laudandum per manum Dauid  
hymnus, ſive laus, & Canticum.) Pro (In finem) Hebraicē habetur  
**לְמִינְגָּה** *laminatſeach.* Interpres autem Latinus ſequitur in versione ſua Se-  
ptuaginta Interpretes, qui reddunt: *Εἰ τὸ τίλας.* Illi verò, vt ſuſpicatur Eugubi-  
nus\*, legerunt, **לְמִינְגָּה netsach**, quod ſonat aeternum, ac ſempiternum: ſicut in  
Pſalmo quadragefimo nono<sup>b</sup>: (Et viuet adhuc in finem, **לְנִצְתָּה עֹז** *hhod la-* <sup>a</sup> *In Pſ. 4. 85.*  
*netsach,*) Hieronymus vertit: (Adhuc in ſempiternum.) Aquila exponit, **לְנִצְתָּה** <sup>b</sup> *Vers. 10.*  
*vt meminit idem Hieronymus.* Symmachus ( *τίλας* ) Theodotus: ( *Εἰρ-* <sup>c</sup> *C. Procam. in*  
*τίλας.* ) quamuis teſtetur Thiodoretus<sup>d</sup> iſtum, & Aquilam poſuiffe, <sup>d</sup> *In Pſ. 4. 85.*  
& Symmachum, *τίλας*, in quolibet Pſalmo, in quo L. X. *τὸ τίλας.* Hi ipſi In-  
terpretes ad fines videtur ſeculorum reſpexiſſe, hoc eſt, ad tempora Mefſiae,  
quod & Rabbini fatentur. Ex quibus Dauid Kimhi ait referri **לְעֹזָר לְגָא** *labhabir lana,* ad futurum, quæ eſt velut deſcriptio Mefſiae. Vel finem intelle-  
xerunt